[illegible] venire p[illegible]
¶ [illegible] viii O[illegible]
[illegible]
[illegible] Introit[us]
Suscepimus [illegible]
[illegible] dia [illegible]
templi tui · ut reparacionem
[illegible] veniam [illegible]
[illegible] hominibus [illegible]
[illegible] Dominica sexta
D[illegible]
[illegible]
[illegible] ps [illegible]
[illegible] Collect[a]
[illegible]
[illegible] Romanos
[illegible]

[illegible] quod in
[illegible]
[illegible] · De [illegible]
[illegible]
[illegible] in alterum
[illegible] · ut [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] ¶ [illegible]
[illegible] : sicut [illegible]
[illegible] in bona
[illegible]
[illegible]
[illegible] · ¶ [illegible]
[illegible] Et

nerunt [illegible] yſaias ait: Erit
radix yſſe: et qui exſur-
get regere gentes in eum
gentes ſperabunt. Deus au-
tem ſpei repleat vos o[mni]
gaudio et pace in creden-
do: ut habundetis in ſpe et
virtute ſpiritus ſancti. Gr.
Ex ſyon ſpecies deco[ris]
eius deus manifeſte veniet.
V. Congregate illi ſanctos eius
qui ordinaverunt teſtamen-
tum eius ſuper ſacrificia. [illegible]
Alleluia. V. [illegible]
[illegible] xpiſtus [illegible]
[illegible] S[ecundu]m
In illo tempore. Lucam
Dixit ih[esu]s d[iscipulis] s[uis]: Erunt ſigna
in ſole et luna et ſtellis et in
terris preſſura gentium
pre confuſione ſonitus ma-
ris et fluctuum: areſcentibus
hominibus pre timore et ex-
pectatione que ſupervenient
[illegible] orbi. Nam v[irtutes]
[illegible] movebuntur.

Et tunc videbunt filium
hominis venientem in nu-
be: cum poteſtate magna
et maieſtate. His autem
fieri incipientibus reſpi-
cite et elevate capita veſt-
ra: quoniam appropinquabit re-
[demptio veſtra]. Et dixit illis ſimili-
tudinem. Videte ficulneam
et omnes arbores. Cum pro-
ducunt iam ex ſe fructum:
ſcitis quoniam prope eſt eſtas.
Ita et vos cum videritis hec
fieri: ſcitote quoniam prope eſt reg-
num dei. Amen dico vo-
bis quia non preteribit ge-
neratio hec donec omnia
fiant. Celum et terra tran-
ſibunt: verba autem mea non
tranſibunt. Off. Deus tu
convertens vivificabis nos et
plebs tua letabitur in te: oſ-
tende domine miſericordiam
tuam et ſalutare tuum da nobis.
Placare q[uaeſumu]s [illegible] Secretum
d[omi]ne [illegible] humilitatis noſtre

periculis et hostibus: et ubi nulla suppetunt suffragia humana dignare tu nobis [illegible] genite succurrere presidio.

Jherusalem surge et sta Com. in excelso: et vide iocunditatem que veniet tibi a deo tuo. Secun[da]

R Iesurrexit [illegible] spiritus est [illegible] plures [illegible] [illegible] [illegible] ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] despi cere [illegible] [illegible] D[omi]n[u]s

Gaudete Domi[nica] iii. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] omnibus [illegible] [illegible] est [illegible] [illegible] [illegible] in omni [illegible] [illegible] peticiones [illegible] innotescant apud deum. Ps. Et pax dei que exsuperat omnem sensum custodiat corda vestra et intelligentias [illegible] Coll.

Aurem tuam [illegible] [illegible] [illegible] precibus nostris [illegible] [illegible] mentis nostre

tenebras gratia tue visitationis illustra. Qui. [illegible]

Hec dicit [illegible] Epl[ist]a ad Corinthi[os] [illegible] [illegible] [illegible] ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ser[vos] [illegible] [illegible] [illegible] dispensatores [illegible] [illegible] ut fidelis [illegible] inveniatur. Michi autem [illegible] [illegible] ut a vobis [illegible] [illegible] ab humano [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Nichil enim [illegible] [illegible] sed [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sum. Qui [illegible] iudicat me d[omi]n[u]s est. [illegible] [illegible] [illegible] tempus [illegible] [illegible] quoadusque ve niat d[omi]n[u]s: qui et illuminabit [illegible] tenebrarum [illegible] [illegible] et manifestabit [illegible] consilia cordium. Et tunc laus erit unicuique [illegible]

Qui sedes d[omi]ne [illegible] Gr[aduale] [illegible] cherubin excita [illegible] [illegible] et veni [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] que [illegible]

[illegible]

[illegible] Secundum marcum

[illegible]

[illegible] audivit [illegible]

[illegible]

[illegible] sed [illegible]
[illegible] s uos [illegible] pharisei sci
[illegible] uobis et plurimis
[illegible] hec est [illegible]
[illegible] facient [illegible]
[illegible] facient
[illegible] viam tuam
[illegible] **Offer** [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] **Secretum**
D[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] saluare
[illegible]
[illegible] pusillam
[illegible]
[illegible] et saluabit
[illegible] **Cplen** Imploramus
[illegible] clementiam tuam ut hec
[illegible] et uitiis
[illegible] et da festa
[illegible] mereamur. Per
[illegible] **Officium**
[illegible] in beneplacito

et exaltavit humiles. Esurientes implevit bonis et divites dimisit inanes. Suscepit israel puerum suum recordatus misericordie sue. Sicut locutus est ad patres nostros abraham et semini eius in secula. Mansit autem maria cum illa quasi tribus mensibus et reversa est in domum suam. Offert.

Ave maria gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui.

Deus qui tantam. Secre.

De omnibus in te confidentibus semper habes. presta quesumus hac oblatione placatus ut beate marie semper virginis visitatione specialem in nostris necessitatibus sentiamus et a cunctis periculis eruamur. Per. Communio.

Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum. Complen.

Concede quesumus omnipotens deus per beate marie virginis intercessionem ut qui eius visitationem devotis obsequiis celebramus illius quem in hoc sacramento sumpsimus gratiam nobis semper adesse sentiamus. Per.

In festo assumpcionis marie

Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes in honore marie virginis de cuius assumpcione gaudent angeli et collaudant filium dei. Ps. Eructavit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi. Gloria patri. Collecta.

Veneranda nobis domine huius diei festivitas opem conferat sempiternam in qua sancta dei genitrix mortem subiit temporalem nec tamen mortis nexibus deprimi potuit que filium tuum dominum nostrum de se genuit incarnatum. Qui. Lectio.

In omnibus requiem quesivi et in hereditate domini mo

rabor. Tunc precepit et dixit
michi creator omnium: et qui
creavit me requievit in
tabernaculo meo, et dixit
michi: In iacob inhabita
et in iſrael hereditare et in
electis meis mitte radices.
Et ſic in ſyon firmata ſum
et in civitate ſanctificata
ſimiliter requievi: et in
ierusalem poteſtas mea. Et ra
dicavi in populo honorificato
et in parte dei mei hereditas
illius, et in plenitudine
ſanctorum detentio mea.
Quaſi cedrus exaltata
ſum in libano: et quaſi ci
preſſus in monte ſyon. Qua
ſi palma exaltata ſum in
cades: et quaſi plantatio
roſe in iericho. Quaſi oly
va ſpecioſa in campis: et qua
ſi platanus exaltata ſum
iuxta aquam in plateis.
Sicut cinamomum et bal
ſamum aromatizans odo
rem dedi. Quaſi mirra
electa dedi ſuavitatem odoris.

Propter veritatem, Graduale
et manſuetudinem et iuſticiam et de
ducet te mirabiliter dextera tua. Ver.
Audi filia et vide et inclina aurem tuam
quia concupivit rex ſpeciem tuam.

Alla. v. Aſſumpta eſt maria in ce
lum gaudent exercitus angelorum.

Congaudent angelo, Sequentia
rum chori glorioſe virgini
Que ſine virili commixtione genu
it, Filium qui ſuo mundum cruore
medicat. Nam ipſa letatur quod
celi iam conſpicatur principem
In terris cui quondam ſugendas
virgo mamillas prebuit. Quam
celebris angelis maria ihesu mater
creditur. Cum filii illius debi
tos ſe cognoſcunt famulos.
Qua gloria in celis iſta virgo
colitur que domino prebuit hoſpi
cium ſui ſanctiſſimi corporis.
Quam ſplendida polo ſtella
maris rutilat que omnium lumen
aſtrorum et hominum atque ſpiri

[...] genuit, Hec celi regina
Hic plebicula pijs concelebrant
mentibus, Hec cantu melodo
super ethera una cum angelis
eleuat, Te libri virgo continuit
prophetarum chorus iubilat sacer
dotum apostoli cultusque martires
predicant, Te plebis sexus sequi
tur vterque vitam diligens vir
ginalem celicolas in castimo
nia emulans, Ecclesia ergo
cuncta te cordibus teque carmi
nibus eleuans, Tibi suam
manifestat deuocionem precan
te supplici implorans oracionem
Ut tibi auxilio circa celestium
dominum esse digneris per eum,
In illo tempore, Lucam,
Intrauit ihesus in quoddam
castellum et mulier quedam
martha nomine excepit
illum in domum suam, Et
huic erat soror nomine
maria, Que eciam sedens
secus pedes domini audie
bat verbum illius, Mar

tha autem satagebat cir
ca frequens ministerium,
Que stetit et ait, Domine
non est tibi cure quod soror
mea reliquid me solam
ministrare, Dic ergo illi
vt me adiuuet, Et respondens
dixit illi dominus, Martha
martha sollicita es et tur
baris erga plurima, Por
ro vnum est necessarium, Maria
optimam partem elegit que
non auferetur ab ea, Off.
Diffusa est gracia in labiis tu
is propterea benedixit te deus in et
ernum et in seculum seculi, Secret.
Subueniat plebi tue do
mine dei genitricis oracio
quam etsi pro condicione car
nis migrasse cognoscimus
in celesti gloria apud te pro
nobis orare sentiamus,
Per eundem, Communio.
Dilexisti iusticiam et odisti ini
quitatem, propterea vnxit te deus
deus tuus, Complenda sequitur

Finland 1562 No 25

Mense celestis participes effecti imploramus clementiam tuam domine deus noster ut qui festa genitricis tue virginis Marie colimus a malis imminentibus eius intercessione liberemur. Per eundem.

In nativitate beate marie v.

Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore marie virginis de cuius nativitate gaudent angeli et collaudant filium dei. Ps. Eructavit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi. Gloria patri. Collecta.

Famulis tuis quesumus domine celestis gratie munus impertire ut quibus beate marie virginis partus extitit salutis exordium nativitatis eius votiva sollempnitas pacis tribuat incrementum. Per.

Dominus possedit me in initio viarum suarum antequam quicquam faceret a principio. Ab eterno ordinata sum et ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi et ego iam concepta eram. Necdum fontes aquarum eruperant. Necdum montes gravi mole constiterant ante colles ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat et flumina et cardines orbis terre. Quando preparabat celos aderam. Quando certa lege et gyro vallabat abyssos. Quando ethera firmabat sursum et librabat fontes aquarum. Quando circumdabat mari terminum suum et legem ponebat aquis ne transirent fines suos. Quando appendebat fundamenta terre cum eo eram cuncta

virium marie. De qua
natus est ihesus qui voca
tur cristus. Offertorium.
Aue maria gracia plena dominus
tecum benedicta tu in mulieribus
et benedictus fructus ventris tui. Sec.
Unigeniti tui domine
nobis succurrat humani
tas, ut qui natus de vir
gine matris integritatem
non minuit sed sacrauit
in natiuitatis eius solem
pnis. a nris nos piaculis
exuens oblationem nostram
tibi faciat acceptam. Co.
Diffusa est gracia in labiis tuis
propterea benedixit te deus in eternum
Sumpsimus domine. Compl.
celebritatis annue voti
ua sacramenta, presta quesumus
ut intercedente beata semper
virgine maria, et tempo
ralis nobis vite remedi
a prebeant et eterne. Item
in festo concepcionis marie vir.

Gaudeamus omnes in do
mino diem festum celebra
tes in honore marie virginis de cuius
concepcione gaudent angeli et col
laudant filium dei. Ps. Eructauit
cor meum verbum bonum dico ego
opera mea regi. Gloria patri. Collect.
Famulis tuis quesumus
domine celestis gracie
munus impertire ut quibus
beate marie virginis par
tus extitit salutis exor
dium concepcionis eius
votiua solempnitas pa
cis tribuat incrementum.
Per dominum. Epla.
Dominus possedit me in
in eius natiuitate. Gra.
Audi filia et vide et inclina
aurem tuam quia concupiuit rex speciem tuam
Specie tua et pulcritudine tua in
tende prospere procede et regna. Al
leluia. V. Virga yesse floruit vir
go deum et hominem genuit pacem
deus reddidit in se reconsilians

yma ſumus. Sequentia, ſe,
Salue proles dauidis ſal
ue virgo nobilis. decus ad
mirabilis. Salue mundi ſpes
et domina, ſalue virtutū cellula
ſalue paradiſi ianua. Salue gē
ma pudicicie ſalue norma iuſti
cie ſalue mater uīe, Tu caſtita
tis lilium progenuiſti filium.
miſeris in auxiliū, Tu filia ihe
ruſalem protuliſti in bethleem
gloriam ſcām ꝑegrine, Tu firma
tam ſpem virga flores aaron,
madidi dum vellus gedeon; Tu
ſatis expreſſe ſtirps es illa yeſſe
Tu porta que ſoli domino pa
tuit deus in quo deitas latuit
ſtella, que ſolem ſeculis attu
lit, Tua ſunt vbera vino redo
lencia tandem ſuperat lac et li
lia odor oleum uincit et balſa
ma, Te exſpectant celice, te
laudant adoleſcentule, te ſpon
ſus vocat in meridie, Ille tuus
minus ille tibi dilectiſſimus
cypri botrus. nunc faſciculus

hem uera filia intra nrā cubi
cula, ſurge ſurge, ꝓpera fugit hy
ems flores vinea, Vox tua vox
turturis forma deſiderabilis
uultus ineffabilis ſuauitas in
eſtimabilis, Nunc o mater dei
et hominis confer opem miſeris.
conſolare flebiles ſubleuando
debiles. vtraq3 tibi ſpōnia ſint
laus ⁊ ꝑhennis gloria, Euū,
Liber generationis ihū,
hꝰ in eius natiuitate,
Aue maria gratia, Offerto
plena dominꝰ tecū benedicta
tu in mulieribꝫ et bndcꝰ fructꝰ
uentris tui., Secretum ſequi
Vnigeniti tui domine
nobis ſuccurrat huma
nitas, ut qui natus de
virgine matris integrita
tem non minuit ſed ſa
crauit in conceptionis
eius ſolempnijs a nris
nos piaculis exuens ob
lationem nrām ſibi faci
at acceptam, Per, Dn̄o

Diffusa est gratia in labiis tuis
propterea benedixit te deus in eternum.
Sumimus domine. Comp
celebritatis annue voti
ua sacramenta. presta quesumus.
ut intercedente beata semper
virgine maria et tempo
ralis nobis vite remedia
prebeant et eterne. Per dominum.
In purificatione marie virginis
Suscepimus deus misericordi
am tuam in medio tem
pli tui secundum nomen tuum deus
ita et laus tua in fines terre
iustitia plena est dextera tua.
Ps. Magnus dominus et lauda
bilis nimis in civitate dei in
monte sancto eius. Gloria. Coll
Omnipotens sempi
terne deus maiesta
tem tuam supplices exo
ramus. ut sicud unigeni
tus filius tuus hodierna
die cum nostre carnis sub
stantia in templo est pre
sentatus. ita nos facias
purificatis tibi mentibus
presentari. Per eundem. Lectio
malachie.
Hec dicit dominus. Ecce ego
mitto angelum meum qui
preparabit viam ante
faciem meam. et statim
veniet ad templum su
um dominator quem
vos queritis: et angelus
testamenti quem vos
vultis. Ecce venit dicit
dominus exercituum. Et quis
poterit cogitare diem ad
ventus eius. Et quis
stabit ad videndum eum.
Ipse enim quasi
ignis conflans: et quasi
herba fullonum. Et sede
bit conflans et emundans
argentum purgabit fili
os levi. et conflabit eos
quasi aurum et quasi
argentum: et erunt do
mino offerentes sacrifi
cia in iustitia et placebit

domino ſacrificium iu
da et iheruſalem ſicut di
es ſeculi: et ſicut anni
antiqui dicit dominus
omnipotens. Gradua
Suſcepimus deus miſericor
diam tuā in medio templi tu
i. ſecundum nomē tuum do
mine ita et laus tua in fines
terre. ℣. Sicut audiuimus ita
et vidimus in ciuitate dei nri
in monte ſancto eius. Alla
℣. Poſt partum virgo inuiola
ta permanſiſti dei genitrix int
cede pro nobis. Sequencia
Letabundus exultet fi
delis chorus alla. Re
gem regum intacta profudit
chorus res miranda. Angelus
conſilij natus eſt de virgine
ſol de ſtella. Sol occaſum
neſciens ſtella ſemper rutilans
ſemper clara. Sicut ſydus ra
dium profert virgo filium
pari forma. Neque ſydus ra
dio neque mater filio fit corrup
ta. Cedrus alta libani confor
matur yſopo valle nrā. Ver
bum ens altiſſimi corporali
paſſum eſt carne ſumpta. Yſa
yas cecinit ſynagoga meminit
nunquā tamen deſinit eſſe ce
ca. Si non ſuis vatibus credat
vel gentilibus ſibillinis verſibus
hec predicta. Infelix propera cre
de vel vetera cur damnaberis
gens miſera. Natum conſidera
quem docet lrā ipſum genuit puer
pera. Secundum lucam.
In illo tempore poſtquam im
pleti ſunt dies purgationis
marie ſecundum legem
moyſi: tulerunt ihm in
iheruſalem vt ſiſterent
eum domino. ſicut ſcriptū
eſt in lege domini. quia
omne maſculinum ad
aperiens vuluam ſanctū
domino vocabitur. Et vt
darent hoſtiam, ſecundū

es maria: invenisti enim
gratiam apud dominum. Ecce
concipies in utero et pari
es filium et vocabis no
men eius ihesum. hic erit magnus:
et filius altissimi vo
cabitur. Et dabit illi dominus
sedem david patris eius
et regnabit in domo iacob
in eternum: et regni eius
non erit finis. Dixit autem
maria ad angelum. Quo
modo fiet istud quoniam virum
non cognosco. Et respon
dens angelus dixit ei. Spi
ritus sanctus superveniet
in te: et virtus altissimi ob
umbrabit tibi. Ideoque et
quod nascetur ex te sanc
tum vocabitur filius dei. Et
ecce elizabeth cognata tu
a et ipsa concepit filium
in senectute sua. Et hic men
sis est sextus illi que voca
tur sterilis: quia non erit
impossibile apud deum

omne verbum. Dixit autem
maria. Ecce ancilla domini
fiat michi secundum verbum
tuum. Offertorium. Ave ma
ria gratia plena. Secretum

In mentibus nostris quesu
mus domine vere fidei sacramen
ta confirma. ut qui con
ceptum de virgine deum ve
rum et hominem confite
mur per eius salutifere re
surrectionis potentiam
ad eternam mereamur
pervenire leticiam. Per. Communio.
Ecce virgo concipiet et
pariet filium et vocabitur
nomen eius emanuel. Complenda.
Gratiam tuam domine
mentibus nostris infunde
ut qui angelo nunciante
christi filii tui incarnationem
cognovimus per pas
sionem eius et crucem
ad resurrectionis gloriam
perducamur. Per eundem.
Ad sanctam missam pasche

Resurrexi et adhuc tecum
sum alla posuisti super
me manū tuam alla, mirabilis
facta est sciencia tua alla alla
V. Domine probasti me et cognovisti
uisti tu cognouisti sessionē meā
et resurrectionē meam, Gła Coll
Deus qui hodierna
die p unigenitum tu
um eternitatis nobis adi
tum deuicta morte rese
rasti: vota nrā que pre
ueniendo aspiras etiam
adiuuando psequere P
eundem ī do. Corinthios
Fratres. Expurgate ve
tus fermentum: ut
sitis noua cōspersio sicut
estis azimi. Etenim pas
cha nrm̄ immolatus
est christus. Itaque epule
mur. Non in fermento
veteri, neque in fermento
malicie et nequitie sed
in azimis sinceritatis
et veritatis. Gradu

Hec dies quam fecit dominus exul
temus et letemur in ea. V. Confitemini
dn̄o quoniam bonus quoniā in se
culum mīa eius. Alla. V. Pascha
nrm̄ immolatus est christus. V. Epule
mur in azimis sinceritatis et verita
Victime paschali, Sequentia
laudes, immolent christiani,
Agnus redemit oues, christus inno
cens pri reconciliauit pccōres, Mors
et vita duello conflixere miranda
dux vite mortuus regnat viuus.
Dic nobis maria quid vidisti in via
Sepulchrum christi viuentis et gl'iam
vidi resurgentis. Angelicos testes
sudarium et vestes Surrexit christus
spes mea precedet suos in galileā
Credendū est magis soli marie ve
raci quam iudeorū turbe fallaci,
Scimus xpm̄ surrexisse a mortuis
vere tu nobis victor rex miserere, Mar.
In illo t. Maria magda
lena, et maria iacobi et
salome emerunt aroma
ta: ut venientes ungerent
ihm̄. Et valde mane una

sabbatorum venerunt ad
monumentum: orto iam
sole. Et dicebant ad invi
cem. Quis revolvet no
bis lapidem ab hostio mo
numenti. Et respicientes
viderunt revolutum la
pidem. Erat quippe mag
nus valde. Et introeuntes
in monumentum: viderunt
iuvenem sedentem in dextris
coopertum stola candida
et obstipuerunt. Qui di
cit illis. Nolite expavescere
Ihesum queritis nazare
num: crucifixum. Surrexit
non est hic. Ecce locus ubi
posuerunt eum. Sed ite
dicite discipulis eius et petro
quia precedet vos in ga
lyleam. Ibi eum videbi
tis sicut dixit vobis. Offer
Terra tremuit et quievit dum re
surgeret in iudicio deus alla. V. No
tus in iudea deus in isrl magnum
nomen eius alla. V. Et factus est in
pace locus eius et habitacio eius
in syon. V. Ibi confregit cornua ar
cuum scutum et gladium et bellum
illuminans tu mirabiliter a monti
bus eternis alla. Secretum
Suscipe domine preces
populi tui cum oblationibus
hostiarum. ut paschalibus
initiate misteriis ad e
ternitatis nobis medelam
te operante proficiant.
Per dominum. Communio.
Pascha nostrum immolatus est
christus alla. itaque epulemur in azi
mis sinceritatis et veritatis alla.
Spiritum nobis. Complenda
Domine tue caritatis in
funde, ut quos sacramen
tis paschalibus saciasti.
tua facias pietate con
cordes. Per. In die ascen
sionis domini ad missam.
Viri galilei quid admiramini
aspicientes in celum alla.
quemadmodum vidistis eum ascen
dentem in celum ita veniet alla alla

n

Omnes gentes plaudite mani
bus iubilate deo in voce exultati
onis. Gloria patri. Collecta sequitur

Concede quesumus omnipotens deus
ut qui hodierna die
unigenitum tuum redemp
torem nostrum ad celos ascen
disse credimus ipsi quoque men
te in celestibus habitemus
Per eundem. Lectio actuum apostolorum

Primum quidem sermo
nem feci de omnibus
o theophile, que cepit ihesus
facere et docere usque in di
em qua precipiens apostolis
per spiritum sanctum quos ele
git assumptus est. quibus
et prebuit se ipsum vivum
post passionem suam in
multis argumentis. per
dies quadraginta appa
rens eis. et loquens de reg
no dei. Et convescens pre
cepit eis ab iherosolimis
ne discederent sed expecta
rent promissionem patris

quam audistis inquit per
os meum quia iohannes
quidem baptizavit aqua
vos autem baptizabimini spiritu
sancto non post multos
hos dies. Igitur qui conve
nerant interrogabant eum
dicentes. Domine si in tem
pore hoc restitues regnum
israel. Dixit autem eis. Non
est vestrum nosse tempora vel
momenta que pater posuit
in sua potestate: sed accipie
tis virtutem supervenientis
spiritus sancti in vos et eritis
michi testes in iherusalem et in
omni iudea et samaria et
usque ad ultimum terre. Et
cum hec dixisset videntibus
illis elevatus est. et nubes
suscepit eum ab oculis eorum
Cumque intuerentur in ce
lum euntem illum ecce
duo viri astiterunt iuxta
illos in vestibus albis qui
et dixerunt viri galilei quid

Nicls Nanlous Arliga Rentta Anno
1561
thomas

et suggeret vobis omnia
quecunque dixero vobis.
Pacem relinquo vobis
pacem meam do vobis
Non quomodo mundus
dat ego do vobis. Non
turbetur cor vestrum neque
formidet. Audistis
quia ego dixi vobis
vado et venio ad vos.
Si diligeretis me gau
deretis utique quia va
do ad patrem quia pater
maior me est. Et nunc
dixi vobis priusquam
fiat ut cum factum fuerit
credatis. Iam non
multa loquar vobis
cum venit enim prin
ceps mundi huius et
in me non habet quid
quam. Sed ut cognos
cat mundus quia di
ligo patrem et sicut
mandatum dedit michi
pater sic facio Offertorium

Confirma hoc deus quod
operatus es in nobis a tem
plo tuo quod est in Iherusalem
tibi offerent reges munera.
Munera Calla Secretum
quesumus domine oblata sanctifica
et corda nostra sancti
spiritus illustratione
emunda. Per Communio
Factus est repente de celo
sonus advenientis spiritus
vehementis ubi erant seden
tes alleluia et repleti sunt omnes
spiritu sancto loquentes mag
nalia dei alleluia Complenda
Sancti spiritus domine
corda nostra mundet in
fusio et sui roris intima
aspersione fecundet.
De dedicatione templi
Terribilis est locus iste
hic domus dei est et por
ta celi et vocabitur aula dei Psalmus
Quam dilecta tabernacu
la tua domine virtutum concupiscit
et deficit anima mea in atria domini

a

Deus qui nobis **Collecta** per singulos annos huius sancti templi tui consecrationis reparas diem: et sacris semper mysteriis representas incolumes: exaudi preces populi tui et presta. ut quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur: cuncta se impetrasse letetur.

Lectio libri apocalipsis beati Iohannis apostoli.

In diebus illis. Vidi civitatem sanctam Ierusalem novam descendentem de celo. a deo paratam: sicut sponsam ornatam viro suo. Et audivi vocem magnam dicentem. Ecce tabernaculum dei cum hominibus: et habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt: et ipse deus cum eis erit eorum deus. Et absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum: et mors ultra non erit. neque luctus. neque clamor. neque dolor erit ultra. que prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno. Ecce nova facio omnia. **Gradale**

Locus iste a deo factus est inestimabile sacramentum irreprehensibilis est. **V.** Deus cui astat angelorum chorus exaudi preces servorum tuorum. Alleluia. **V.** Vox exultationis et salutis in tabernaculis iustorum. **Sequentia**

Psallat ecclesia mater illibata et virgo sine ruga honorem huius ecclesie. Hec domus aule celestis probatur particeps In laude regis celorum et ceremoniis Et lumine continuo emulans civitatem sine tenebris Et corpore in gremio confovens animas que in celo vivunt Quam dextera protegat dei Ad

De ſancta anna officium
Gaudeamus omnes R[ubrica] i. ſi.
Omnipotens ſempiterne
deus qui beatam an
nam matrem glorioſe virginis
marie fieri voluiſti con
cede propicius ut omnes qui
implorant eius auxilium
meritis ipſius et filie ab
univerſis meis [malis] et corporis
adverſitatibus liberentur. Per.
Mulierem l[ectio] liii capitulo
fortem quis inveniet
et procul et de ultimis fi
nibus precium eius. Confidit
in ea cor viri ſui: et ſpoliis non
indigebit. Reddet ei bonum
et non malum: omnibus die
bus vite ſue. Queſivit
lanam et linum: et operata eſt
conſilio manuum ſua
rum. Facta et quaſi navis
inſtitoris: de longe
portans panem ſuum.
Et de nocte ſurrexit dedit
que predam domeſticis ſuis
et cibaria ancillis ſuis.
Conſideravit agrum et emit
eum de fructu manuum ſua
rum plantavit vineam.
Accinxit fortitudine lum
bos ſuos: et roboravit bra
chium ſuum. Guſtavit et vi
dit quia bona eſt negocia
cio eius: non extinguetur
in nocte lucerna eius. Ma
num ſuam miſit ad fortia: et
digiti eius apprehenderunt
fuſum. Manum ſuam
aperuit inopi: et palmas
ſuas extendit ad pauperem.
Adiuvabit eam deus vul[tu] ſuo. G[radua]l[e]
tu ſuo deus in medio eius non com
movebitur V. Fluminis impetus le
tificat civitatem dei ſanctificavit
tabernaculum ſuum altiſſimus
Alla V. Anna mater eterna felix a
brahe filia celi fulget curia co
ronata gloria. Evangelium R[equire] nativi
tatis marie Filie regum, Off.
in honore tuo aſtitit regina a
dextris tuis in veſtitu deaurato

circumdata varietate. Secreta

Super has quesumus domine deus oblationes que in memoria sanctissime anne matris beatissime genitricis unigeniti filii tui domini nostri ihesu christi consecrantur et tuam effunde benedictionem et per eas nobis tribue cordium purificationem et munerum participationem. Per. Communio

Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum.

Sumpta sacramenta quesumus domine intercedente beatissima anna matre gloriose genitricis filii tui ab hostium nos defendant formidine et eterne mortis amaritudine.

Officium de sancto henrico

Gaudeamus omnes. R in Si

Omnipotens sempiterne deus qui beato henrico martiri atque pontifici gloriosi triumphi largitus es palmam: eius quesumus meritis et precibus: gratiam nobis largiaris et gloriam. Per. Lectio

Corona aurea super caput iusti: expressa signo sanctitatis gloria honoris et opus fortitudinis desiderio oculorum ornata. Sic pulchra ante ipsum non fuerunt talia: usque ad orientem. Non est indutus illa alienigena aliquis: per omne tempus sacrificia ipsius consummata igni quotidie. Compleuit enim dominus: et manus eius unxit oleo sancto suo. Factum est illi in testamentum eternum: et semini eius sicut dies celi. Fungi sacerdotio: et habere laudem et glorificare ipsum in nomine suo. Ipsum elegit ab omni vivente offerre sacrificium deo: incensum et bonum odorem in memoriam placare pro populo suo. Et de

[illegible]

dit illi in p̄ceptis p̄tatem
in testamentis iudicior̄
docere iacob testimonia: et
in lege sua lucē dare isrl̄.
Contra illum steterunt alie
ni: et propter invidiam circū
dederunt eū in deserto. Vidit
dns deus: et non placuit il
li: et consumpti sunt in im
petu iracūdie. Fecit illis
monstra: et consumpsit e
os in flamma ignis. Et addi
dit illi gliam et dedit illi he
reditatem: et p̄micias fru
gū terre divisit illi. In fi
de et lenitate ipsius scm̄ fe
cit illum: et elegit eum ex
oī carne. Audivit eū dns
et vocē ipsius: et induxit
illum in nube. Et dedit illi
cor: et p̄cepta: et legē vite
et discipline. Beatus vir ps.
qui timet dnm̄ in mandatis eius
cupit nimis. V. Potens in terra erit
semē eius generatio rectorū bene
dicetur. Alla. V. Pre presul et pio

ut beatum martir tuum ... tue ca
sentes nos conciue fac directa tra
In illo tpe. Scd'm io. ante,
d. d. s. Meus cibus est ut
faciam voluntatē eius qui
misit me: et ut p̄ficiā op
eius. Nonne vos dicitis q
adhuc quatuor menses sunt
et messis venit? Ecce dico
vobis levate oculos vros̄ et
videte regiones quia al
be sunt iam ad messem.
Et metit mercedē accipit et
congregat fructum in vitā
eternam: ut et qui seminat
simul gaudeat et q̄ metit.
In hoc enī est v̄bum verū:
quia alius est qui seminat
et alius q̄ metit. Ego misi
vos metere q̄ vos nō la
borastis. Alii laboraverūt:
et vos in labores eorū intro
istis. Ex civitate aūt illa:
multi crediderūt in eum.
Inveni david servū meū oleo Off.
sancto meo unxi eum: manus enī mea

+ 9 5 1

auxiliabitur ei et brachium meum con-
fortabit eum. Se. Suscipe do-
mine munera quae dignan-
ter oblata et beati henrici suffra-
gantibus meritis ad nostrae sa-
lutis auxilium provenire concede.
Co. Qui mihi ministrat me sequatur
et ubi ego sum illic et minister me-
us erit. Co. Satiasti domine fa-
miliam tuam muneribus sacris:
eius quaesumus intercessione nos sem-
per fove cuius solemnia celebramus.
In quotidianis missis officium.
Statuit ei dominus. Re. in commune.
Omnipotens sempiterne deus
qui beatum henricum sacer-
dotii dignitate ac palma
martyrii decorasti eius in-
tercessione nobis veniam
peccatorum et caelestium praemia gau-
diorum. Per. Epistola. Beatus vir
qui in sapientia morabitur. Re. in commu-
ne vide. Secreta ut supra. Munera
nostra quaesumus domine placatus
assume: et beati henrici marty-
ris tui atque pontificis meritis

adiuvemur, cuius triumphos
et praeconium gloriamur. Per. Co.
Sancti muneris refectione
vegetati, quaesumus deus noster ut in-
tercedente beato henrico mar-
tyre atque pontifice tua in no-
bis dona multiplices et ab om-
nes adversitate defendas. Per.
De sancto sigfrido officium.
Statuit ei dominus. Re. et Co. in commune.
Omnipotens sempiterne deus
qui sub ultimis orbis par-
tibus gloriosus in sanctis tuis
atque mirabilis meritis beati
sigfridi confessoris tui atque
pontificis quaesumus immensam
clementiam tuam ut sicut
illi inenarrabilem gloriam con-
tulisti, sic ad consequendam
misericordiam tuam eius nos sanctis
precibus adiuvari. Per. Epistola.
Ecce sacerdos magnus qui
Re. de comm. Ecce sacerdos magnus
qui in diebus suis placuit deo et in-
ventus est iustus. V. Non est inventus
similis illi qui conservaret legem

dictam ascriptam +
tam ra+tam ra
tionabilem facere
digneris ut nobis cor
+pus et san+guis
fiat dilectissimi fi
lii tui domini nostri ihesu
Hic accipiat hostiam
Qui pridie quam
pateretur accepit
panem in sanctas
ac venerabiles
manus suas et ele
vatis oculis in celum
ad te deum patrem
suum omnipotentem
tibi gratias agens.
Bene+dixit dedit que (fregit)
discipulis suis dicens
Accipite et mandu
cate ex hoc omnes

Hoc est enim corpus
meum. Simili modo
postquam cenatum
est. Accipiens et hunc
preclarum calicem in
sanctas ac venera
biles manus suas
item tibi gratias agens
bene+dixit dedit dis
cipulis suis dicens.
Accipite et bibite ex
eo omnes. Hic est e
nim calix sanguinis
mei novi et eterni tes
tamenti misterium fi
dei qui pro vobis et
pro multis effundetur
in remissionem peccatorum
Hec quotienscumque
feceritis in mei
memoriam facietis.

Unde et memores
domine nos servi
tui. sed et plebs tua
sancta eiusdem christi fi
lii tui domini dei nostri.
tam beate passio
nis necnon ab infe
ris resurrectionis.
sed et in celos gloriose
ascensionis offeri
mus preclare maies
tati tue de tuis do
nis ac datis. hos
tiam + puram. hos
tiam + sanctam. hosti
am + immaculatam.
panem sanctum + vite
eterne. et calicem +
salutis perpetue.
Supra que pro
pitio ac sereno

vultu respicere dig
neris. et accepta ha
bere. sicuti accepta
habere dignatus es. mu
nera pueri tui iusti
abel. et sacrificium
patriarche nostri
abrahe. et quod tibi
obtulit summus sacer
dos tuus melchise
dech. sanctum sacrifi
cium immaculatam

Cancellatis manibus

hostiam.
Supplices te ro
gamus omnipotens deus
iube hec perferri per
manus sancti an
geli tui in sublime
altare tuum in con
spectu divine ma
iestatis tue. ut quot

quot ex hac altaris
participatione sa
cro sanctum filii tu
i corpus ✠ et san ✠
guinem sumpserimus
omni ✠ benedictione
celesti et gratia replea
mur. Per eundem christum
Memento etiam
domine fa
mulorum famularumque
tuarum qui nos pre
cesserunt cum sig
no fidei et dormiunt
in sompno pacis

Commemoracio mortuorum

Ipsis domine et o
mnibus in christo quiescen
tibus locum refrige
rii lucis et pacis
ut indulgeas depre
camur. Per eundem
christum dominum nostrum.
Nobis quoque pec
catoribus famu
lis tuis de multitu
dine miserationum
tuarum sperantibus par
tem aliquam et so
cietatem donare dig
neris cum tuis sanc
tis et martiribus. #apostolis
cum Iohanne Ste
phano Mathia.
Barnaba Igna
tio Alexandro
Marcellino Pe
tro Felicitate Per
petua Agatha,
Lucia Agnethe
Cecilia Anasta
sia Et cum omnibus

scis tuis. intra quos
nos consortium. non
estimator meriti sed
venie quesumus largitor
admitte. Per christum
dominum nostrum.

Per quem hec om
nia domine semper
bona creas sancti
ficas vivificas
benedicis et pre
stas nobis. Per ip
sum et cum ipso
et in ipso est
tibi deo patri om
nipotenti. in uni
tate spiritus sancti
omnis honor et
gloria.

Per omnia se
cula seculorum.

Oremus. Preceptis
salutaribus moni
ti et divina insti
tutione formati
audemus dicere. Pa
ter noster qui es in celis
sanctificetur nomen
tuum. Adveniat reg
num tuum. Fiat vo
luntas tua sicut
in celo et in terra.
Panem nostrum coti
dianum da nobis
hodie. et dimitte
nobis debita nostra
sicut et nos dimit
timus debitoribus
nostris. Et ne nos
inducas in temp
tationem. Sed
libera nos a ma

lo. Amen. Libera
nos quesumus domine
ab omnibus malis
preteritis presentibus
et futuris et interce-
dente beata et glo-
riosa semper virgine
dei genitrice maria
et beatis apostolis tu-
is. petro et pau-
lo. atque andrea
cum omnibus sanctis.
Da propicius pa-
cem in diebus nostris
ut ope misericordie tue
adiuti. et a peccato si-
mus semper liberi
et ab omni pertur-
batione securi. Per
eundem dominum nostrum
ihesum christum filium
tuum. qui tecum vivit
et regnat in unita-
te spiritus sancti de-
us. Per omnia se-
cula seculorum. Amen.
Pax domini sit
semper vobiscum. Et cum
spiritu tuo. Agnus dei qui
tollis peccata mundi mi-
serere nobis. Dona no-
bis pacem.
consecracio
Hec sacrosancta
commixtio corporis
et sanguinis domini
nostri ihesu christi fiat
michi et omnibus su-
mentibus salus men-
tis et corporis ad vitam
eternam promerendam
et capescendam pre-
paratio salutaris. Per. A-
men. Domine ihesu

criste qui dixisti a
postolis pacem meam do
vobis pacem relinquo
vobis . ne respicias pec
cata mea . sed fidem
ecclesie tue . eamque se
cundum voluntatem
tuam pacificare et cu
stodire adunare et
regere digneris . Qui
vivis et regnas deus per omnia secula seculorum a

Pax tecum. Ha
bete vinculum pacis
et caritatis ut apti
sitis sacrosanctis
mysteriis christi in no
mine patris et filii
et spiritus sancti a.

Domine sancte pater
omnipotens eterne deus da
michi hoc corpus
et sanguinem filii tu
i domini nostri ihesu christi
ita sumere . ut me
rear per hoc remissi
onem omnium peccatorum
meorum accipere . et tu
o sancto spiritu repleri
quia tu es deus . et
preter te non est a
lius . cuius regnum
gloriosum permanet
in secula seculorum a.

Domine ihesu christe
fili dei vivi qui
ex voluntate patris
cooperante spiritu sancto
per mortem tuam
mundum vivificasti
ti . libera me queso
per hoc sacrosanctum
corpus et sanguinem

In missa defunctorum [illegible]
Perceptio corporis et sanguinis tui domine ihesu christe quod ego indignus sumere presumo non
michi proveniat ad iudicium nec ad condempnacionem sed [illegible]
[illegible]

tui. a cunctis ini
quitatibus meis. et ab
universis malis me
is. et fac me tuis
semper obedire man
datis. et a te numquam
in perpetuum separari.
Qui vivis et reg
nas cum eodem patre
in unitate eiusdem
spiritus sancti deus. per
omnia secula seculorum.
Corpus domini nostri
ihesu xpisti custodiat
corpus meum et ani
mam meam in vitam
eternam amen. San
guis domini nostri
ihesu xpisti custodiat
corpus meum et ani
mam meam in vi

Que refectio sanctissima carnis [illegible]
[illegible] et sanguinis ad dulcedo domine
[illegible]
nos [illegible]
Que [illegible] celestis potus [illegible]
[illegible] domine
nos [illegible]

Corpus et

tam eternam amen
Corpus tuum domine
quod sumpsi. et sanguis
quem potavi adhere
at semper in visceribus
meis. et presta ut ibi
non remaneat pec
cati macula. ubi tu
a sancta intraverunt
sacramenta.
Per xpistum dominum nostrum.
Ihesu nostra refectio
panis potus fidelium
mel melos nubila
cio cordis oris et
aurium. Que te vi
cit demencia. ut
nos in hac miseria
carne cibares. pena
a nos iunges ad
celestia Tu redemp

tor: tu premium. tu es no
bilis summum medulla
torum pinguium. tu esto
nostrum gaudium. Qui
nobis das tam dulcia
pregustare preludia te
stan deus in patria vita
nobis gaudia. Gu
no deo et simplici,
laus honor virtus
gloria qui nos pane
refici det nos in celi
curia. Amen,

Quod ore sumpsi
mus domine
pura mente capia
mus. ut de corpore et
sanguine domini nostri
ihesu cristi fiat nobis
remedium sempi
ternum,

Placeat tibi sancta tri
nitas obsequium
servitutis mee. et pre
sta ut hoc tuum sacrifi
cium laudis quod o
culis tue maiestatis
indignus optuli. sit
tibi acceptabile. michi
que et omnibus pro quibus
illud obtuli sit te
miserante propiciabi
le in vitam eternam,
Amen,